- 42 - Johannes Buridanus, Quaestiones in lib. Porph., q.3: utrum universale sit subiectum in libro Porphyrii, f.231r: "Istis notatis quae alibi debent fortius probari, dico cum aliis expositoribus quod iste terminus 'universale' est subiectum, vel obiectum, proprium et primum in scientia libri Porphyrii, quia de eo et suis speciebus, scilicet genere et specie etC; , determinatur principaliter in isto libro, et de nullis aliis nisi secundum attributionem quam habent ad ipsum universale et ad species eius, et ab eius unitate totalis scientia dicitur una. ... Item, confirmatur: subiectum proprium scientiae debet poni genus generalissimum vel communissimum inter considerata in illa scientia, et non transcendens neque excedens metas illius scientiae, et quod se habeat per modum subiecti respectu primarum et principalium passionum illius scientiae; et tale genus in ista scientia non potest esse aliud nisi iste terminus 'universale'; igitur etc. Item, dictum est quod in scientia totali una continente multas conclusiones assignandum est unum primum subiectum; et in ista scientia non potest melius assignari subiectum quam iste terminus 'universale'; ergo etc. Sed aliquis quaeret utrum ista sit concedenda 'universale est subiectum proprium in libri Porphyrii', et ego dico quod <sic>, capiendo illum terminum 'universale' materialiter; sensus enim est quod iste terminus 'universale' est ibi subiectum. Immo etiam dico quod illa est concedenda capiendo illum terminum 'universale' personaliter, quia iste terminus 'universale', qui est hic subiectum, est <ipse> met quoddam universale praedicabile de pluribus."
- 43 - Aristoteles, An. Post., I, c.
- 44 - Aristoteles, Metaph., V, c.7, 1017a 6-22
- 45 - Aristoteles, An. Post., I, c.
- 46 - Aristoteles, Metaph., IV, c.2, 1003b 22-23
- 47 - Aristoteles, Metaph., XII, c.
- 48 - Marsilius de Inghen, Quaestiones in lib. Porph., q.6: utrum uni-

versale sit genus de quinque praedicabilibus, ms. Oxford, Bodleian Library, Canon. misc. 381, f.7ra-b: "Tertio notandum quod praeter (propter ms.) decem generalissima primae intentionis quae ponit Philosophus, est unum aliud generalissimum secundae intentionis, scilicet significans res quae sunt signa sub ea ratione qua sunt signa. ... Dicendum ergo <quod> ultra genera generalissima quae sunt primae intentionis, quae sunt decem, est unum genus secundae impositionis, sub quo sunt isti termini 'genus', 'species', 'differentia' etc. Et potest huiusmodi coordinatio esse ista, quod 'signum' sit genus generalissimum, deinde 'universale' prima species, post 'universale' 'genus, deinde 'genus subalternum'."

- 49 - Aristoteles, Metaph., V, c.15, 1021a 9-12
- 50 - Aristoteles, Ph., III, c.1, 200b 32-34; Averroes, In Ph., III, t.c.3, f.86 I; t.c.4, f.87 B-D
- 51 - Aristoteles, Top., I, c.5
- 52 - Aristoteles, Metaph., II, c.2, 994a 1-11; 19-22

Capitulum 4

- 1 - Porphyrius, Isag., cap. de communibus generis, speciei, differentiae, proprii et accidentis, p.13,10
- 2 - Porphyrius, Isag., cap. de genere, p.1,18
- 3 - Porphyrius, Isag., cap. de differentia, p.8,8
- 4 - Porphyrius, Isag., cap. de specie, p.3,22
- 5 - Porphyrius, Isag., cap. de differentia, p.8,8
- 6 - Porphyrius, Isag., cap. de proprio, p.12,13
- 7 - Porphyrius, Isag., cap. de accidenti, p.12,24
- 8 - Porphyrius, Isag., cap. de genere, p.2,17
- 9 - Aristoteles, Metaph., VII, c.1, 1028a 10-20; 31-33
- 10 - Aristoteles, An. Post., I, c.11, 77a 5-10
- 11 - Aristoteles, Ph., II, c.6, 198a 7-8
- 12 - Aristoteles, An. Post., I, c.19, 81b 24-31
- 13 - Porphyrius, Isag., cap. de genere, p.1,18
- 14 - Aristoteles, El. Soph., c.1, 165a 3-4

- 15 - Aristoteles, Top. I, c.1, 100b 21-23
- 16 - Aristoteles, De anima, II, c.7, 418a 29 - 418b 3; 418b 11-12
- 17 - Aristoteles, Metaph., IV, c.2, 1003b 5-10; VII, c.1, 1028a 10-13
- 18 - Porphyrius, Isag., cap. de genere, p.1,19
- 19 - Aristoteles, An. Post., I, c.2, 72a 27-32
- 20 - Porphyrius, Isag., cap. de genere, 1,21-22
- 21 - Porphyrius, Isag., cap. de genere, 1,23-2,1
- 22 - Porphyrius, Isag., cap. de genere, 2,5 sgg.
- 23 - Aristoteles, Ph., III, c.3, 202a 13-21; sed melius Averroes, In Ph., III, t.c.18, f.92 G
- 24 - Aristoteles, Metaph., IX, c.6, 1048b 5-9; sed melius De anima, II, c.1, 412a 9-10
- 25 - Aristoteles, Ph., II, c.3, 195a 20-21
- 26 - Aristoteles, Metaph., VII, c.12, 1038a 5-8; 25-31
- 27 - Aristoteles, De animalibus,
- 28 - Aristoteles, An. Post., I, c.28, 87a 38-39
- 29 - Aristoteles, Metaph., V, c.28, 1024a 34-36; 1024b 8-9
- 30 - Aristoteles, Ph., II, c.1, 193b 6-8
- 31 - Aristoteles, Ph., IV, c.12, 221a 30 - 221b 3
- 32 - Aristoteles, Ph., IV, c.5, 212b 20-21
- 33 - Aristoteles, De gener. et corrupt., II, c.4, 331b 13-18
- 34 - Aristoteles, Ph., IV, c.209b 1-5: c.4, 212a 5-6
- 35 - Avicenna, Logica, f.6ra-b; opinio Avicennae legitur etiam apud Albertum Magnum, Liber de praedicab., Tr.III, c.1, p.27b
- 36 - Gualterus Burlaeus, In Porph., cap. de genere, f.7vb: "Et est sciendum quod non quaelibet multitudo descendendum ab uno patre dicitur genus, quia sic collectio omnium hominum diceretur unum genus -quod est falsum; sed multitudo descendendum ab uno patre, a quo tamen alii patres non descenderunt, dicitur esse genus in prima significatione generis."; cap. de specie, f.10ra: "Sed forte aliquis diceret quod in familiis est devenire ad unum principium. Verbi gratia, in tota cognatione hominum est devenire ad unum patrem, puta Iovem, secundum aliquos, seu ad Adam, secundum veritatem. Similiter in praedicamentis esset devenire ad unum ge

nus commune omnibus praedicamentis -quod non est verum. Ad istus respondetur quod non est omnino simile in praedicamentis et de familiis, quia in familiis est unum principium commune et in praedicamentis non est aliquod unum commune genus omnibus praedicamentis."

- 377 - Aristoteles, Metaph., I, c.1, 980b 27-28
- 38 - Porphyrius, Isag., cap. de genere, p.1,19
- 39 - Porphyrius, Isag., cap. de genere, p.2,10-11
- 40 - Aristoteles, Metaph., III, c.3, 998b 24-26
- 41 - Aristoteles, An. Post., I, c.
- 42 - Porphyrius, Isag., cap. de genere, p.2,11
- 43 - Aristoteles, Metaph., II, 993b 30-31
- 44 - Aristoteles, Ph., II, c.3, 194b 23-33
- 45 - Aristoteles, Ph., II, c.2, 194b 13
- 46 - Averroes, In Ph., I, t.c.5, f.8 E-F
- 47 - Aristoteles, Ph., IV, c.3, 210a 18-20
- 48 - Porphyrius, Isag., cap. de genere, p.2,12-13
- 49 - Aristoteles, Metaph., II, c.1, 993b 30-31
- 50 - Aristoteles, Ph., I, c.1, 184a 16-26
- 51 - Aristoteles, Metaph., VII, c.1, 1028a 31-32
- 52 - Aristoteles, De anima, II, c.6, 418a 8-9; 20-21
- 53 - Aristoteles, Metaph., I, c.2, 982a 23-25
- 54 - Aristoteles, Eth. Nic., VIII, c.12, 1161b 17-21
- 55 - Opinionem Platonis lege apud Albertum Magnum, Liber de praedicab., Tr.III, c.2, p.28b
- 56 - Boethius, In Praedic.,
- 57 - Aristoteles, Ph., I, c.7, 190b 8; sed melius Averroes In Ph., I, t.c.63, f.37 L
- 58 - Aristoteles, Metaph., VII, c.11, 1036a 26-33
- 59 - Porphyrius, Isag., cap. de genere, p.2,14-17
- 60 - Porphyrius, Isag., cap. de genere, p.2,10-11
- 61 - Aristoteles, Ph., III, c.1, 201a 10-11; 27-29; 201b 4-5; Averroes, In Ph., III, t.c.6, f.88 A-B; t.c.9, f.89 C-D; t.c.10 f.89 H-I

- 62 - Albertus Magnus, Lib. de praedicab., Tr.III, c.3, p.29b
- 63 - Aristoteles, Ph., III, c.1, 200b 32 - 201a 3
- 64 - Aristoteles, Top., VI, c.1, 139a 28-29; c.4, 141b 25-28
- 65 - Aristoteles, Metaph., VII, c.12, 1037b 28-30; 1038a 1-4
- 66 - Aristoteles, Metaph., VII, c.4, 1030a 6-32; 1030b 4-7; c.5, 1031a 1-3; 10-12
- 67 - Aristoteles, Metaph., VII, c.5, 1030b 22-8
- 68 - Porphyrius, Isag., cap. de genere, p.2, 15-17
- 69 - Aristoteles, Metaph., V, c.29, 1024 b 17 ^{-1025 a 1} ; cfr. etiam VI, c.4, 1027b 18-22
- 70 - Albertus Magnus, Lib. de praedicab., Tr.III, c.3, p.29b; cfr. etiam Liber de praedicam., Tr.I, c.6, p.102b
- 71 - Aristoteles, An. Pr., I, c.
- 72 - Aristoteles, Ph., I, c.7, 190b 28-29
- 73 - Aristoteles, Top., I, c.5, 102a 18-30 et 102b 4-26; II, c.1, 108b 34 - 109a 26
- 74 - Aristoteles, An. Post.,

Capitulum 5

- 1 - Porphyrius, Isag., cap. de genere, p.2, 22
- 2 - Aristoteles, Praedic., c.2, 1b 3-9; c.5, 2a 11-14
- 3 - Porphyrius, Isag., cap. de specie, p.7, 20 sgg.
- 4 - Aristoteles, An. post., I, c.6, 75a 18-22; c.33, 88b 30-35
- 5 - Non El. Soph., sed An. Pr., I, c.41, 49b 34-37; 50a 1-2
- 6 - Aristoteles, Ph., IV, c.3, 210b 21-22
- 7 - Porphyrius, Isag., cap. de accidente, p.12, 24-25
- 8 - Boethius,
- 9 - Aristoteles, Ph., IV, c.3, 210a 25 - 210b 22
- 10 - Aristoteles, De caelo, I, c.9, 278a 14-15
- 11 - Porphyrius, Isag., cap. de genere, p.2, 24
- 12 - Porphyrius, Isag., cap. de genere, p.3, 1

- 13 - Porphyrius, Isag., cap. de genere, p.3,5
- 14 - Aristoteles, An. Post., II, c.5, 92a 1
- 15 - Hoc falsum est, sed potius verum est contrarium; cfr. cap. de specie, pp.7,27-83
- 16 - Aristoteles, Ph., II, c.3, 195a 20-21
- 17 - Aristoteles, Praedic., c.5, 3a 36-37
- 18 - Aristoteles, An. Post., I, c.22, 83b 29-35
- 19 - Aristoteles, Top., VI, c.1, 139a 25-28; 35-37
- 20 - Aristoteles, An. Post., I, c.
- 21 - Aristoteles, An. Post., I, c.4, 73a 38-39
- 22 - Aristoteles, Metaph., V, c.13, 1020a 11-14; Averroes, In Metaph., V, t.c.16, f.120 M et t.c.18, f.125 D
- 23 - Aristoteles, An. post., I, c.5, 74a 18
- 24 - Aristoteles, An. Post., I, c.5, 74a 18-25; sed melius
- 25 - Aristoteles, De anima, I, c.1, 402b 21-22
- 26 - Aristoteles, Metaph., V, c.6, 1016b 36
- 27 - Porphyrius, Isag., cap. de genere, pp.2,26-3,1
- 28 - Aristoteles, Metaph., V, c.6, 1016b 32-33
- 29 - Aristoteles, Praedic., c.7, 7b 15-18
- 30 - Aristoteles, Metaph., V, c.22, 1022b 28-31
- 31 - Aristoteles, Praedic., c.10, 13a 33-34
- 32 - Aristoteles, Metaph., X, c. , 1055a 5-33; cfr. etiam Thomas Aquinas, In Metaph., X, lectio 5, n°2032
- 33 - Boethius, Lib. de divisione, col.
- 34 - Aristoteles, An. Post., I, c.4, 73a 37 - 73b 2
- 35 - Aristoteles, De anima, II, c.4, 415a 23-26; 416b 9-16
- 36 - Aristoteles, An. Post., II, c.6, 92a 30; c.13, 96b 38-39
- 37 - Aristoteles, Ph., VI, c.1
- 38 - Aristoteles, An. post., I, c.4, 73a 39-40; 73b 20-21
- 39 - Averroes, In De anima, II, t.c.66, ed. Crawford p.230,22-31
- 40 - Aristoteles, Praedic., c.6, 6a 26-35; c.8, 11a 15-19

- 41 - Aristoteles, Metaph., IV, c.2, 1004b 5-6
- 42 - Aristoteles, Metaph., X, c.4, 1055a 19-21; c.5, 1055b 37-38
- 43 - Aristoteles, Praedic., c.11, 14a 11-12
- 44 - Aristoteles, Praedic., c.5, 4a 10-11
- 45 - Aristoteles, Top., VI, c.4, 141b 22-29
- 46 - Aristoteles, Metaph., VII, c.4, 1030a 5-6; 11-13
- 47 - Aristoteles, An. post., I, c.6, 75a 18-22; c.33, 88b 30-35
- 48 - Aristoteles, Top., VI, c.4, 141b 25-26
- 49 - Aristoteles, Metaph., VII, c.4, 1030b 4-7; 1031a 1-3; 10-12
- 50 - Aristoteles, An. Post., I, c.4, 73b 28 - 74a 3; cfr. etiam Robertus Grosseteste, Comm. in Post. Anal. libros, I, c.4, 11.160-3
- 51 - Cfr: Paulus Venutus, In Cat., cap. de substantia, f.65va-b
- 52 - Aristoteles, Metaph., V, c.14, 1020a 33 - 1020b 2
- 53 - Averroes, In Metaph., V, t.c.19, f.126 G-H
- 54 - Aristoteles, Praedic., c.8, 8b 25
- 55 - Aristoteles, Praedic., c.5, 3b 10-16
- 56 - Aristoteles, Metaph., III, c.3, 998b 24-26
- 57 - Aristoteles, Top., VI, c.1, 139a 25-27; c.3, 140a 27-31
- 58 - Marsilius di Inghen, Quaestiones in lib. Porph., q.8: utrum definitio generis sit bona in qua dicitur "genus est quod praedicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quid est", f.9ra-b: "In ista quaestione erunt duo articuli: in primo ponentur quaedam notabilia, cum generis definitionis; <in> secundo respondebitur ad quaesitum. Quantum ad primum, primo notandum quod 'definitio' capitur tribus modis. ... Secundo notandum quod Porphyrius non vult determinare hic nisi de terminis; et ideo primo loco definitionis potest poni 'terminus'. Etiam non voluit determinare de aequivocis neque de complexis; et ideo debet dici 'genus est terminus univocus incomplexus' etc. Tertio, non voluit quod genus semper praedicetur, sed voluit quod genus posset praedicari de pluribus; et ideo debet dici 'est terminus univocus incomplexus praedicabilis de pluribus'. Quarto, non (mg.) voluit solum quod termini illi de quibus genus praedicatur differant specie, sed immo etiam voluit quod res significatae per terminos non concernerent specie; et ideo debet dici 'est terminus univocus incomplexus praedicabilis de pluribus quorum significata differunt specie'.

Quinto non voluit quod tales res deberent sic differre (definire ms.) quod in nulla specie convenirent, sed voluit quod non convenirent in aliqua specialissima illius praedicamenti de quo illud est genus. Unde Sortes et equus bene conveniunt in una specie specialissima -puta quod utrumque est album aut calidum, quae sunt <species> specialissimae de praedicamento qualitatis-; sed hoc non est contra illud quod iste terminus 'animal' sit genus talium, quia iste terminus 'animal' est terminus de praedicamento substantiae. Et ideo sufficit ad hoc quod sit genus quod (ad ms.) sua significata differant specialissima de praedicamento substan-tiae, ut quod Sortes contineatur sub homine et equus sub equo.... .. Et ideo finaliter potest esse ista definitio generis: 'genus est terminus univocus incomplexus praedicabilis de pluribus, quo-rum significata differunt specialissima illius praedicamenti, et in quid'. ... Quantum ad secundum sit prima conclusio ista, et responsalis ad quaestionem, quod definitio generis sic suppleta secundum quod iam in fine praecedentis articuli dicebatur, est bona."

- 59 - Johannes Buridanus, Quaestiones in lib. Porph., q.7: utrum defini-
 de tio generis sit bona in qua dicitur 'genus est quod praedicatur
 de pluribus differentibus specie in eo quod quid', f.236r-v:
 "Unde notandum est quod illa descriptio esset bona solum si esset bene intellecta, secundum debitam expositionem et cum debitis supplementis; et ideo concedenda est. Et haec consideranda sunt. Unde primo notandum est quod non omne genus actu praedicatur, sicut bene arguebatur prius. Ideo solet dici quod non capitur hic 'prae-dicatur' pro actu praedicari, sed pro aptitudine praedicandi, ita quod exponatur: 'id est: aptum natum est praedicari'. Item, notandum quod idem significat 'esse aptum natum praedicari' et 'esse praedicabile', ideo tandem debet dici 'genus est quod praedicatur', id est: praedicabile est. Item, notandum est quod 'differentia specie' dicuntur species diversae, quarum una non continet aliam, vel termini contenti sub talibus speciebus diversis. Et hoc intendit Porphyrius, cum dicit: "genus est quod praedicatur de pluribus speciebus diversis vel de contentis sub eis". Et videtur mihi quod hoc simpliciter sit verum de omni genere mentali. Nam conceptus a quo sumitur nomen, 'animalis' est in intellectu meo in permanen-tia et non in transitu, sicut vox. Ideo ex illo conceptu ego possum formare in mente mea illam propositionem mentalem 'homo est animal', et iterum illam 'equus est animal'; et sic ego illum conceptum pono subiectum et ego iterum possum ponere in alia propositione illum eundem conceptum. Sed de genere vocali non est ita, sicut prius bene arguebatur. Ideo mihi apparet bene probatum fuis-se quod nullum genus vocale potest praedicari de pluribus specie

bus plus quam iste terminus 'homo'. Propter quod, si quaeritur quomodo descriptio debeat intelligi de genere vocali, ista descriptio 'de pluribus specie' etc. indiget expositione, quae potest esse multiplex. Primo modo quod genus vocale est praedicabile de differentibus specie, id est: designata conceptum praedicabile de differentibus specie -sicut urina est sana, id est: designat animal esse sanum. Alio modo omne genus et alia sibi similia sunt praedicabilia de differentibus specie, scilicet tali modo quod unum de uno et aliud de alio. Deinde per 'praedicari in quid' intelligimus terminum de alio convenienter responderi ad quaestionem quaerentem quid est. Et similiter per 'praedicari in quale' intelligimus terminum de termino convenienter responderi ad quaestionem factam per quale; et sic de aliis modis praedicandi. Sed ulterius notandum est quod Porphyrius hic determinans de praedicabilibus non intendebat determinare nisi de univocis; non tamen distinguendo univocum contra denominativum, sed solum contra aequivocum et analogum. Ideo ad removendum praedicabilia aequivoca vel analoga potest ⁱⁿ cuiuslibet illorum (illarum ms.) praedicabilium definitione suppleri haec clausola 'univocum'; ita quod sit descriptio generis, quam pono pro conclusione: 'genus est praedicabile univocum de pluribus differentibus specie in eo quod quid'. Probatum, quia explicite indicat conceptum huius termini 'genus' et convertitur cum eo. Ibi enim ponitur 'praedicabile' per modum generis; ideo sequitur 'univocum' ad differentiam 'entis' et aliorum terminorum aequivocorum praedicabilium; 'de pluribus' ad differentiam individuorum; et sequitur 'differentibus specie' ad differentiam speciei; 'in eo quod quid' ad differentiam <differentiae>, proprii et accidentis."

- 60 - Aristoteles, Ph., VII, c.4, 249a 22-24
- 61 - Aristoteles, De anima, II, c.4, 415a 16-21
- 62 - Aristoteles, Metaph., VII, c.12
- 63 - Aristoteles, Top., I, c.9, 103b 20-24

Capitulum 6

- 1 - Porphyrius, Isag., cap. de specie, 4,14
- 2 - Porphyrius, Isag., cap. de specie, 6,24
- 3 - Porphyrius, Isag., cap. de specie, 4,9
- 4 - Aristoteles, De anima, II, c.9, 421a 25-26
- 5 - Averroes, In De anima, II, t.c.94, ed. Crawford 272,16 - 273,35

- 6 - Aristoteles, Eth. Nic., I, c.8, 1099b 3-4
- 7 - Dubitatio Avicennae cum sua responsione legitur apud Albertum Magnum, Lib. de praedicab., Tr.IV, c.1, p.34a
- 8 - Albertus Magnus, Lib. de praedicab., Tr.IV, c.1, p.34a-b
- 9 † Avicenna, Logica, f.6va
- 10 - Albertus Magnus, Lib. de praedicab., Tr.IV, c.1, p.35
- 11 - Aristoteles, Metaph., VII, c.10, 1035b 4-6 et 11-14
- 12 - Aristoteles, Praedic., c.7, 8a 35-38 et 8b 13-15
- 13 - Porphyrius, Isag., cap. de specie, p.7,27-8,3
- 14 - Aristoteles, Ph., IV, c.3, 210a 18
- 15 - Aristoteles, Top., VI, c.7, 146a 33-35 et c.11, 149a 1-4
- 16 - Aristoteles, Ph., II, c.7, 198a 21-35
- 17 - Aristoteles, De anima, II, c.12, 424a 17-20
- 18 - Aristoteles, De anima, III, c.8, 431b 29 - 432a 1
- 19 - Aristoteles, Top., I, c.15, 106b 14-15
- 20 - Avicenna
- 21 - Aristoteles, Ph., I, c.9, 192a 22-23
- 22 - Aristoteles, Top., VI, c.1, 139b 14-15
- 23 - Avicenna, Logica, f.6va-b
- 24 - Gualterus Burlaeus, In Porph., cap. de specie, ff.8vb - 9ra: "Sed hic sunt duo dubia: primum est an genus et species sint relativa; secundum est an unum relativorum debeat poni in definitione alterius. ... Ad secundum dubium arguitur probando quod unum relativorum non potest poni in definitione alterius. Quoniam quaelibet definitio datur causa innotescendi, quaelibet ergo definitionis pars debet esse notior ipso definitio; sed unus relativorum non est notius (notus ed.) alio; ergo etc. Confirmatur hoc: si de definito quaeritur quid sit, convenienter respondetur per (pro ed.) definitionem, ita quod definitio certificet de quaestione quaerente quid est de definito; sed si fiat (fiatur! ed.) quaestio <de> uno relativo quid est, non certificaretur (certificarentur ed.) quaerens de illa quaestione per definitionem vel (in ed.) descriptionem in qua ponitur unum relativorum; ergo etc. Maior patet, et minor declaratur. Nam si quaeratur quid est pater et respondetur sic 'pater est qui habet filium vel genuit filium', quaeritur e converso quid est filius, quia filius est aequae bene

mihī ignotus sicut pater, et si dicitur quod filius est qui habet patrem, adhuc contingit quaerere quid est pater sicut prius; et ita numquam ero certificatus de aliquo relativorum quid est, quia respondendo per aequē ignotum non sum nec esse possum certificatus. Unde potest sic argui: illa non est definitio alicuius per quam non possum esse certificatus de definito; sed per definitionem relativi in qua ponitur suum correlativum non possum certificari de illo relativo, ut visum est, ergo etc. Item, quodcumque (quamcumque ed.) in definitione ponitur aliquod definibile, si (sic ed.) definitio illius definibilis ponitur loco eius, verior et expressior erit definitio, ... Si ergo in definitione patris ponitur filius et si in loco filii ponatur definitio filii, ista definitio erit verior et expressior definitione prima; sed in definitione filii, secundum istam opinionem, debet poni pater; ergo in verissima et expressissima definitione patris debet poni pater. Sed hoc est inconveniens, scilicet quod idem ponatur in definitione sui ipsius."

- 25 - Aristoteles, Top., non VIII sed VI, c.3, 140b 27-31
- 26 - Gualterus Burlaeus, In Porph., cap. de specie, f.9rb: "Ad secundum (tertium ed.) dubium dicunt quidam quod loquendo de definitione indicante quidditatem rei non debet poni unum relativorum in definitione alterius, sed in definitione exprimente quid nominis bene debet poni unum relativorum in definitione alterius. Et sic intelligit auctor quod in definitione exprimente quid nominis debet poni unum relativorum. Sed mihi videtur quod unum relativorum non debeat poni in definitione alterius exprimente quid nominis, nec in definitione exprimente quid rei alterius, quia utraque definitio notificat definitum et est notior definito. Non definitio exprimens quid nominis notificat quid nomen significat et definitio explicans quid rei notificat quidditatem definiti; sed unum relativum non est notius altero nec oratio in qua ponitur unum relativorum est notior alio relativo. Et ideo bene dicit Avicenna in Logica sua quod dicentes unum relativorum definiri per reliquum non advertunt differentiam inter esse notum cum alio et esse notum per aliud, unde unum relativorum non est notum per aliud. Ergo patet <per> rationes iam factas quod loquendo de definitione secundum quod Aristoteles loquitur, sic unum relativum non definitur per reliquum. Loquendo enim de definitione indicante quidditatem rei manifestum est quod unum relativorum non definitur per reliquum, quia unum relativorum non est de quidditate alterius nec est notius altero relativo. Loquendo etiam de definitione exprimente quid nominis non definitur unum relativorum per reliquum, quia definitio quid nominis manifestat quid nomen significat; sed unum relativorum non notificat quid significat aliud; ergo etc.

Probo minorem: nam si quaeratur quid hoc nomen 'pater' significat et respondetur quod hoc nomen 'pater' significat illum qui genuit filium, quaerendum est ulterius quid significat hoc nomen 'filius'; si dicatur quod hoc nomen 'filius' significat illum qui habet patrem, adhuc restat quaestio quid hoc nomen 'pater' significat, quia non est maior certitudo huius nominis significati quam fuit in principio. Dico ergo quod nullum relativum habet definitionem propriam, quia relativum non est per se in genere; sed relatio bene potest definiri (definire ed.), sed non per relationem oppositam, sed per proprium genus et propriam differentiam, si eis sunt nomina imposita."

- 27 - Id est:Guillelmus de Ockham, In Porph., cap.2: de specie, §2; O. Ph. II, pp.31-32
- 28 - Albertus Magnus, Lib. de praedicab., Tr.IV, c.1, pp.35b - 36a
- 29 - Aristoteles, Eth. Nic., VIII, c.12, passim
- 30 - Aristoteles, Ph., II, c.3, 195a 8-11
- 31 - Aristoteles, Metaph., V, c.2, 1013b 9-10
- 32 - Aristoteles, An. Post., II, c.12, 96a 3-6
- 33 - Aristoteles, Ph., II, c.3, 195a 19-21
- 34 - Aristoteles, Metaph., V, c.2, 1013b 21-23
- 35 - Aristoteles, Ph., III, c.3, 202b 10-14
- 36 - Aristoteles, An. Post., I, c.1, 71a 11-17
- 37 - Aristoteles, Praedic., c.7, 8a 35-38 et 8b 13-15
- 38 - Aristoteles, An. Post., I, c.3, 72b 23-25
- 39 - Aristoteles, Metaph., non VII, sed V, c.15
- 40 - Aristoteles, Ph., V, c.5, 229a 26-28
- 41 - Aristoteles, Top., VI, c.4, 142a 26-31
- 42 - Aristoteles, Top. non VIII, sed VI, c.3, 140b 27-31
- 43 - Aristoteles, Praedic., c.7, 7b 15
- 44 - Aristoteles, Praedic., c.12, 14a 29-30
- 45 - Aristoteles, Top., IV, c.6, 127a 26-34
- 46 - Gualterus Burlaeus, In Porph., cap. de specie, f.9ra: "Ad primum dubium, cum quaeritur an genus et species sint relativa, dicendum quod genus et species possent accipi pro his quae principaliter significant et pro his quae denominant. Si accipiantur pro his

quae significant, tunc accipiuntur pro intentionibus in anima communibus generibus et speciebus in quolibet praedicamento vel cuiuslibet praedicamenti. Et haec sunt relativa transcendentia, quia intentio generis refertur ad intentionem speciei. Si vero accipiuntur pro his quae denominant, sic accipiuntur pro his de quibus praedicantur, ut pro homine et animali. Et sic est falsum dicere quod genus et species sunt relativa, quia homo et animal non sunt relativa, nec albedo et color sunt relativa, sed absoluta. Si genus et species accipiuntur pro his quae primo significant, sic habent suppositionem simplicem, sed quando genus et species accipiuntur pro his quae denominant, tunc habent suppositionem personalem. Ad primum argumentum in contrarium, cum dicitur quod genus et species sunt communia omnibus praedicamentis, ergo etc., dicendum est uno modo quod genus et species non sunt relativa determinati generis, sed sunt relativa transcendentia, quia reperiuntur in quolibet praedicamento. Aliter potest dici quod idem potest esse in quolibet praedicamento denominative et tantum in uno praedicamento quidditative; et sic genus et species sunt in quolibet praedicamento quia denominant res omnium praedicamentorum, et tamen sunt quidditative in uno praedicamento tantum, id est: in praedicamento relationis. Ad secundum argumentum, cum dicitur quod genus est naturaliter prius specie, dico quod accipiendo genus et species pro his primo significant et principaliter, sic neutrum istorum est alio prius naturaliter, sed sunt simul natura. Sed accipiendo genus et species pro his quae denominant, sic genus est naturaliter prius specie, ut animal homine. Et hoc modo accipiendo genus et speciem non sunt relativa."

- 47 - Avicenna, Logica, f.7ra
- 48 - Dubitationes Avicennae et Alfarabii lege apud Albertum Magnum, Lib. de praedicab., Tr. IV, c.2, pp.37b - 38a
- 49 - Aristoteles, An. Post., I, c.11, 77a 5-10
- 50 - Porphyrius, Isag., cap. de specie, p.4,12-13
- 51 - Boethius,
cfr. etiam: Albertus Magnus, Lib. de praedicab., Tr.IV, c.2, p.38a

Capitulum 7

- 1 - Porphyrius, Isag., cap. de specie, p.5,1
- 2 - Porphyrius, Isag., cap. de specie, p.6,3
- 3 - Porphyrius, Isag., cap. de specie, p.6,16-17

4 - Gualterus Burlaeus, Expositio super lib. Phys., prol., ff.8vb-9ra:

"Secunda conclusio hic probanda est, quod universalia ut species et genera non sunt conceptus in anima, quam conclusionem probo per quinque media. Et primo sic: si nihil sit universale nisi conceptus, tunc genus generalissimum de genere substantiae erit conceptus in anima; sed omnis conceptus in anima est in genere, et habet genus supra se; ergo genus generalissimum habent genus superveniens. Et non solum sequitur hoc impossibile, sed etiam sequitur quod genus generalissimum de genere substantiae continetur sub aliqua specie specialissima de genere qualitatis -quod est absurdum. Consequentia patet, quia omnis conceptus in anima est accidens singulare, et omne tale continetur sub specie specialissima..... Secundo arguo ad eandem conclusionem sic: alius est conceptus generis generalissimi in intellectu tuo et alius in intellectu meo, quia idem accidens numero non simul est in diversis subiectis; sed isti duo conceptus conveniunt in conceptu communi, secundum quem contingit abstrahere ab istis duobus conceptibus; et talis conceptus abstractus est alius in mente tua et alius in mente mea, cum isti conceptus sint omnino similes, contingit ab his duobus conceptibus abstrahere unum conceptum communem, et ille conceptus numeratur ad numerationem intellectuum; ergo adhuc contingit abstrahere ulterius, et sic in infinitum. Et si ille conceptus abstrahatur a duobus conceptibus omnino similibus et praedicetur in quid de eis, sequitur quod in praedicatis in quid esset procedere in infinitum -quod est impossibile, quia sic nihil contingeret scire, ut probat Philosophus, I Posteriorum et II Metaphysicae. Hoc potest etiam argui in terminis sic: in intellectu meo est conceptus generis generalissimi substantiae et similiter in intellectu tuo; et isti sunt diversi conceptus; et tamen conveniunt ...; possibile est igitur quod ergo abstraham unum conceptum communem qui praedicetur in quid de eis, in quo immediate conveniunt. Et sit ille conceptus .a. Possibile est etiam quod tu abstrahas unum conceptum communem eis, in quo immediate conveniunt, qui sit .b. Igitur .a. et .b. sunt conceptus similes. Et similiter adhuc contingit quod tu abstrahas ab eis conceptum similem praedicabilem in quid de eis et ego alium, qui sint .c. et .d. Et adhuc contingit abstrahere conceptum communem eis a te et a me, qui sint .e. et .f., et sic in infinitum. Et ita in praedicatis in quid erit procedere in infinitum -quod est absurdum. ... Item, in ordine praedicamentorum non contingit procedere in infinitum; sed illi conceptus ordinantur in linea praedicamentali, sicut individuum ordinatur sub specie; ergo etc. Similiter isti conceptus sunt essentialiter ordinati secundum superius et inferius, igitur si in eis proceditur in infinitum sequitur quod in essentialiter ordinatis sit procedere in infinitum -quod est impossibile. Item, sequitur

quod tot erunt genera generalissima in genere substantiae quot sunt homines habentes notitiam illius generis, quia quot sunt conceptus communes omnibus, qui sunt in praedicamento substantiae, tot erunt genera generalissima; et sic genera generalissima erunt innumerabilia. Tertio arguitur sic: species et individuum semper debent esse in eodem genere; sed Sortes est in genere substantiae; igitur et species quae praedicatur in quid de Sorte erit in praedicamento substantiae; et tamen est acciēdens per te, quia conceptus animae est accidens. Si dicas quod haec species, homo, bene est in praedicamento substantiae, quia supponit pro substantiis, contra: si haec species, homo, sit in praedicamento substantiae, tunc genus generalissimum praedicamenti substantiae praedicatur in quid de Sorte et de ista specie, homo; ergo aliquid (aliud ed.) erit genus univocum substantiae et accidenti -quod est impossibile. Item, dicendo sic 'nulla substantia est qualitas' fit distributio pro omni per se contento sub substantiali, secundum sic dicentes; ergo hic fit distributio pro generibus subalternis et etiam pro speciebus specialissimis contentis sub substantia. Cum igitur ista sit vera et immediata, secundum Philosophum, I Posteriorum: 'nulla substantia est qualitas', et hic fit distributio pro generibus subalternis et speciebus specialissimis, [et] sequitur quod nec genera subalterna nec species <substantiae> sunt qualitates -cuius contrarium dicunt isti. Nam dicunt quod genera et species sunt conceptus in anima, et per consequens sunt qualitates."

- 5 - Porphyrius, Isag., cap. de specie, p.6,6-12
- 6 - Aristoteles, Praedic., c.4, 1b 25-27
- 7 - Aristoteles, Metaph., VII, c.1, 1028a 10-20
- 8 - Aristoteles, Praedic., c.6, 4b 23 et 5a 17
- 9 - Aristoteles, Ph., VII, c.4, 249a 15-17
- 10 - Aristoteles, Ph., V, c.4, 227b 3-4
- 11 - Aristoteles, Metaph., IV, c.2, 1003b 26-32
- 12 - Aristoteles, El. Soph., I, c.6, 169a 8-12
- 13 - Opinio Avicennae legitur apud Albertum Magnum, Lib. de praedicab., Tr.IV, c.4, p.42a
- 14 - Apuleius, De deo Socratis,
- 15 - Sententiam Epicureorum vide apud Albertum Magnum, Lib. de praedicab., Tr.IV, c.4, p.42a
- 16 - Aristoteles, Metaph., XII, c.8, 1073a 25-1073b 17 et 1074b 7-14

- 17 - Aristoteles, Metaph., XII, c.8
- 18 - Aristoteles, De anima, II, c.1, 412a 6-9
- 19 - Aristoteles, Metaph., VI, c.2, 1026a 35-37
- 20 - Aristoteles, De anima, non I sed II, c.1, 412a 20-21 et c.2, 413a 22-25
- 21 - Aristoteles, Ph., VII, c.4, 249a 15-17
- 22 - Aristoteles, Metaph., V; c.18, 1022a 14-19 et 35
- 23 - Aristoteles, Praedic., c.4, 1b 25-27
- 24 - Aristoteles, Top., I, c.9
- 25 - Aristoteles, Praedic., c.1, 1a 6-7
- 26 - Aristoteles, De caelo, I, c.7
- 27 - Aristoteles, An. Post., I, c.24, 86a 5
- 28 - Aristoteles, An. Post., I, c.8, 75b 24-26 et 30
- 29 - Aristoteles, Top., VI, c.
- 30 - Aristoteles, Metaph., VII, c.15, 1039b 27 - 1040a 5
- 31 - Johannes Buridanus, Quaestiones in lib. Porph., q.10: "utrum omnia sunt vera quae dicit et ponit Porphyrius in assignando ordinem praedicabilium in praedicamento substantiae, f.240v: "Dicendum est quod hoc nomen 'substantia' est genus generalissimum non prout supponit pro terminis de praedicamento substantiae, nec prout connotat illam proprietatem, substare vel subici, sed prout significat indifferenter omnem substantiam per se subsistentem sine connotatione aliena secundum unum conceptum communem. Hoc autem nomen 'ens', si dicatur de substantia et de aliis praedicamentis, hoc est secundum aequivocationem, ut bene dicit Porphyrius. Et dico quod praedicatio de pluribus analogice et secundum diversas rationes, quarum aliqua posteriorum attribuitur ad priorem, impedit rationem generis; <ut quia 'sanum' non dicitur de urina nisi secundum habitudinem ad animal sanum. Et ita crediderunt Aristoteles et Porphyrius esse de ente ad substantiam et accidentia -quod sisit verum et quomodo debet videri in scientia altiori. Sed ego dico quod prioritas rei secundum reliquam, in essendo vel in causando, non impedit rationem generis>, (supplevi ex manuscripto 116C bibliothecae universitatis Leodiensis) si res significantur uno nomine secundum rationem communem, sine connotatione illius habitudinis huius rei ad illam."
- 32 - Marsilius de Inghen, Quaestiones in lib. Porph., q.10: utrum ens est genus, ff.10vb - 11ra: "In ista quaestione primo praemittenda

sunt notabilia aliqua; secundo respondendum est ad partitionem. Quantum ad primum ponendae sunt aliquae suppositiones a Philosopho concessae. Prima est ista, quod iste terminus 'ens' significat substantiam et accidens ita quod per prius significat substantiam et per posterius accidens. ... Secunda suppositio est ista, quod analogum per se positum stat pro re famosiori. Ista patet per Philosophum, II De anima, capitulo primo, ubi dicit quod oculus mortuus non est oculus, quia 'oculus' est aequivocum et analogum ad oculum mortuum et oculum vivum, et ideo quando ponitur per se stat pro oculo vivo. ... Hoc idem patet I Physicorum, capitulo secundo, ubi Philosophus dicit quod substantia est quod vere est, quasi diceret quod accidens non est nisi mediante alio et per consequens non debet proprie dici ens. ... Possit ex istis duobus suppositionibus inferre correlarie quod quando ille terminus 'ens' ponitur per se stat pro substantia et quod aequivalet dicere 'Sortes est ens' et 'Sortes est substantia'."

- 33 - Aristoteles, Metaph., IV, c.2, 1003b 5-10
 34 - Aristoteles, De anima, II, c.1; 412b 18-22
 35 - Aristoteles, Praedic., c.1, 1a 1-3
 36 - Aristoteles, Ph., I, c.2, 185a 21-32; c.7, 190a 34 - 191b 1
 37 - Aristoteles, Metaph., VII, c.1, 1028a 18-20
 38 - Aristoteles, Metaph., VI, c.2, 1026a 35-37
 39 - Averroes, In Metaph., XII, t.c.
 40 - Averroes, In Ph., III, t.c.4, f.87 B-C; cfr. etiam : VIII, t.c.56
 41 - Averroes, In Ph., I, t.c.13, f.12 I-K; t.c.25, f.27 C-D et t.c.26, f.18 C'
 42 - Aristoteles, Metaph., VII, c.1, 1028a 18-20
 43 - Opinio Platonis et 'Stoicorum' legitur apud Aristotelem, Metaph., I, c.6, 987a 29 - 988a 17; III, c.3, 998b 4-10
 44 - Aristoteles, Metaph., III, c.3, 998b 20-26
